

BOX



DET KONGELIGE BIBLIOTEK

Håndskriftsamlingen

BOX.

Værket skal afleveres til læsesals-
personalet hvis bordskuffen forlades.



DET KONGELIGE BIBLIOTEK

HÅNDSKRIFTAFDELINGEN



W. Saml.

22. 4th

Co. editor:

Lincoln

line Alphonse:

Vita
JOHANNIS MEJER

Joannes Mejerus Simber, natus Flatterslebia
Patre Bernardo Mejero, Rectore Schola tum ibidem,
postmodum ad Adem S. Petri, quae Magna est, Pa-
store Primario. In juvenili aetate literis humani-
oribus Philosophia praesertim et Poesi incubuit
domi forisq. tam solerti navitate, ut exquisita eru-
ditiōne plenius instructus, Aulā coeperit et Urbī
inulare, atq. informationi pelsissimi Danorum
Principi Uladrici ad moveri. Cum profluvia
Magna feliciter inchoata, continuaturo Anno
1630 Lugdunum Patavorum adit, literis Joh.
Laurenbergii Professoris Sorani, ad Gerh. Joh.
Vossium instructus commendatitius, ubi ē Paron-
tis ejus ad eundem Vossium epistola, Anno
1639 itidem scripta, et in Appenderie Vossiano-
rum, num: 119. pag. 70. obvia patet. In pra-
dicti laudatissimi obitum Parentalia vario car-
minum genere coninnavit, quae Manes Ula-
drici inscribuntur. Postea, Poësius passim habitis,
artes et Lingvas juxta atq. diligenter adeo exer-
cuit, ut Anno 1640 Rector Schola ejus
cathedralis constitueretur. Susceptum die
ejusdem anni Rectoratū integrum

Lustrum gessit, ubi feliciū ingeniorū proven-
tu lectum. Insignitur interea laurea Poetica à
Cæsarea Majestate, et die 16 Maj An. 1643 in
Theat. Magn. Doctor Philosophiæ, quom Magistrum
vocamus, creatur. Memoriam hujus sui Præceptoris
gratius prorogat Vir celebratissimi nominis Claſs
Corriciūſ Dign. de Poëtis § 229 hac prædicatione:
Johanni Mejero, Rectori Ripensi et meo olim Prae-
ceptor, vivacissimūſ erat in his sacris calor, multa
lectio, firmūſ iudiciūſ. Et in vita sua ita gūſ
meminit: Anno labentis seculi XLIV maturūſ
astimatur Academia. Exem ergo id temporis
e palæstra sua Ripensi emisit Vir clarissimūſ
M. Johannes Mejerūſ. Post quinquennatem
Rectoratus functionem Ripis abiit, frustra
revocatūſ ab insigni iſta Poëta Johanne Olavio
hæc elegiā:

Quid tamen est, Mejere, tuam cur desoris Arcton
Et spes bis nostras detinuisse potes.

Ubi te Civis agis, quorsum tibi Danica laurea
Pecit, et Arctoe nomina magna Lyra?

Quid peccavit amor, cur tanti est perdere flammam
Uram, ut in exilium totūſ abire velis?

Siste, Dionæas non sic componimus iras,
Non opus exilis vindicæ spiritus habet
Nota Dea est facilis, satis est audire precantem
Ultra non iris stat Cithærea, reum,

Siste, quid ingentes lauros, Patriamq; relinquis
Nec saltem Ripis sic nocuisse potes.
In patria, Mejer, mane, tibi supplicat Arctor
Arctor carminibus vivere iussa tuis.
Aut si te fortuna vocat, tantosq; conymbos
Per mundum rursus didere fama parat.
I, redeasq; tua Vates illustrior Arcto,
Illa sit exilii meta modusq; novi.

Ex eo aliquot annos privatione transegit, quas Monu²
mentis Runicis colligendis, de quibus H. Bartho²
linus Antiquit. Danic. Lib. I. c. 9. ut opinor
tribuerit. Tandem ConRector Scholae Pord²
Solmensi, ubi tunc temporis bona litera et artes
florebant, praefectus felix plurimum Mercatorum²
Polydorus, et Phidias. In laudem etiam huius²
sui ConRectoris ita scripsit Vir celeberrimus²
Otto Sperlingius in literis suis humanissimis
ad me Anno 1696 die 14 Martij datis:

M. Iohannes Mejerus Rector Ripensis, meus
quondam Praceptor fuit in Gymnasio Pordsolmensi,
Orator et Poeta insignis. Dimissus enim e Ripensi
Schola ConRectoris Officiu[m] dicto loco suscepit
circa A. 1650. ConRectoratu[m] dum praesuit,
Andrea Kuhnii Diatriba, qua Ioh. Reinbotkii,
um adortus erat, opposuit Indicias Orthodoxiae
Reinbotkianae et. 1660 primum editas, quod

quod doccor ex Clarissimi Viri Gorannis Hokeri
Isagog. ad simbr. lit. Bart. II c. 7. E' cuius
eruditissimi Viri simbria literata de vita Mejeri
nostri plura prastolamur: Sororem autem
Mejero nostro fuisse, et quidem jam olim defun-
ctam, congeritur ex hoc Georg. Nic. Erasmi
Bredruſiensis epigrammate ad M. Jos. Meje-
rum Simbrum, quod lib. V. epigr. 5. legitur:

Scribere me inſunus carmen, te velle, sororis;
Istud tam meriti, quam pietatis erat.
Amicitiam Mejeri nostri ita commendat idem
Bredruſiensis Poeta lib. I. epigr. 40.

Tu novus es, veteri ~~nil~~ ^{nil} postponendus amicus
Aurum sic pretio par vetus atq. novum.
Obiisse autem videtur circa annum M.D.C.LX
Mejeri Scitum:

Herova mea. Hareditas
Gorannes Mejerus Haderslebenſis.